PSALTERIUM
St. Gallen oder Regensburg, 2. Drittel 9. Jh. Seite 143r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



dicit, qui per innumeras gentes dispersi. per brachium. id est per uirtutem dni xpi.

Thabor enim dicitur ueniens lumen. quod specialiter pertinet ad aduentum di, hermon. anathema eius. idest diaboli quam ueniente dno suscepit, a xpianis dignum fuit. ut presente lumine tenebrosus diabolus anathema esset. unde exultabunt in nomine di sci, Brachiu cum potentia. xps est qui facit quae uult in caelo et in terra.

Misericordia est. quia parcit con uersis, Ueritas. quia promissa restituit, Beatus populus. qui in mensam laetitiam suam non in proprius uiribus. sed in di cognoscitur posuisse uirtutem, Iubilatio est. copiosa mentis exultatio. quae uerbis non potest explicari.

in brachio uirtutis tuae dispersisti inimicos tuos.

Tui sunt caeli et tua e terra. orbem ÷ terrae: et plenitudinem eius tu fundasti. aquilonem et mare tu creasti.

Thabor et hermon in nomine tuo exultabunt. tuum brachium cum potentia.

Firmetur manus tua et exaltetur dextera tua. iustitia et iudicium praeparatio sedis tuae.

Misericordia et ueritas praecedent faciem tuam. beatus populus qui scit iubilationem.

Onē in lumine uultus tui ambulabunt. ÷ et: in nomine tuo exultabunt tota die. et in iustitia tua exaltabuntur.

Sensus istius uersiculi talis est, cur uoluerunt stulti in te seuire in hoc mundo. cuius tu xpe fundator es, orbis terrarum. pertinet ad totius mundi spacium, Plenitudo eius. ad omnes creaturas quae in eo sunt, Per aquilonem. diabolū, ut est. ab aquilone pandetur malum, mare saeculi huius. elatus potestates, creatura enim. non debet superbire creatori. quia ab eo creata est.

Firmetur manus. id est opera quae facis in mundo, exaltetur dextera. idest clarificetur numerus. qui est ad dexteram collocandus, Sedis quidem di. sempiterna est, Tunc in nobis apparebit praeparata. quando ipsum cernimus iudicare iustitiam.

Ambulat in lumine uultus eius populus xpianus. cum in contemplatione scae trinitatis iugiter perseuerat, cum dicit. in nomine tuo. uetat in propria psumptione gaudere, tota die. totius uitae tempus ostendit, exaltabuntur in iustitia di. quando in illa resurrectione ad dexterā fuerint collocati